1905

consors Generosi Seraphini Jatbrzykowski protunc absentis sana mente et corpore existens publice et libere recognovit. Quia Generoso Martino Jatbrzykowski filio suo sponte cum eodem marito suo progenito summam Mille floren polon ex summa Mille Quingentorum florenorum polon dotis sui recognoscentis apud successores et possessores bonorum Dobrzyce olim Generosi Christophori Brzozowski Succameranij Terrae Bielscen parentis sui existen et inscriptionibus certis assecurat cedit dat donat et inscribit. Dans et concedens eidem filio suo omnimodam et absolutam facultatem ac plenariam potestatem summam eiusmodi Mille floren polon a successoribus et eiusdem parentis sui recipiendi levandi de recepta et levata quietandi pro non restituta iure agendi et ad debitum effectum deducendi ac pro commodo suo convertendi salva nihilominus repetitione resta summa Quingentorum floren polon ex eadem summa provenien. Etsi quod absit idem filius suus steriliter decesserit eiusdem summae suae dotis totalem recuperandi sibi se legitima concernen reservata et praecustodita.

Piotraszki **Exemptio**

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Branscensibus personaliter comparens nobilis Martinus filius Pauli Piotraszko sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia nobilem Joannem olim Nicolai Piotraszko ex obligatione bonorum in haereditate Piotraszki sibi per eum in sex sexagenis polon inscript ob sufficientem satisfactionem quietat emittit et liberum facit ac de bonis suprascriptis eximere condescendit.

Grochowski **Debitum**

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter comparens nobilis Thomas olim Jacobi Dzierzek de Dzierszki Stankowięta haeres sanus mente et corpore existens palam et libere recognovit. Quia nobili Josepho filio nobilis Joannis Holonka Grochowski et ipsius posteris certi veri et liquidi debiti mutuatae pecuniae Centum florenorum polon pro Dominica Septuagesima in Anno Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo secundo proxime ventura parata pecunia solvere se de omnibus bonis cum successoribus suis submittit ac inscribit Sub vadio simili aliorum Centum florenor polon in casu pro tempore praefixo non solutionis ad solvendum irremissibili per succumbendo. Et coram officio praesenti perempta inscriptione ac reali et effectiva satisfactione omnibus in Universum iuris remedijs et defensis legalibusque impedimentis se et suos successores sibi abscribendo.